



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Munditiam desiderare debemus propter quatuor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

INSTITUTIO. 145

prix iniuriæ. Septimum est, solicita  
custodia sensuum . Ecclesiæ. ori tuo **Ecc.28.**  
facito ostia , & seras auribus tuis . Et  
Gregorius. Ut enim munda mens in **GREGO.**  
cogitatione seruetur, a laetitia uolupta  
tis suæ reprimendi sunt oculi , quasi  
quidam raptore ad culpam . Et ber-  
nardus. Te ipsum sollicitè custodi , &  
ut te ipsum custodias, ab omnibus  
oculos auerte.

*Munditiam desiderare debemus  
propter quatuor.*

**P**rimo, ut deo assimilemur. Vnde **Levi.19**  
dicitur . Sancti eritis, quoniam  
ego sanctus sum . Et Bernardus. **Bernar.**  
Amplectamur itaq; sanctificationem  
quoniam bona est, quoniam finis eius  
uita sine fine . Secundo ne Christo,  
qui multo labore & expensis nos mun-  
dauit, iniuriā faciamus. Apoc. Qui di-  
lexit nos , & lauit nos à peccatis no-  
stris i sanguine suo. Et Paulus. Qui de-  
dit semetipsum p nobis , ut nos redi-  
meret ab omni iniquitate, & mūdaret  
sibi populu acceptabile, &c. Tertio, ne  
ab ingressu cælestis civitatis prohi-  
beamur. Apoc . Nullum coquinatum  
introibit in regnum cælorum.  
Et Paulus caro, & sanguis regnum dei  
**APO.21**  
**I.COR.15**

N

CHRISTIANA

non posse debunt, &c. Quarto, ut de  
• Matt. 5 uidere meremur. Mat. 5. Beati mundo  
corde, quoniam ipsi deum uidebunt.  
Augus. Et P. Augustinus. Videbimur te do-  
mine, & tanto unusquisque perspic-  
cius, quanto hic uixerit purius.

Ministris Ecclesiae necessaria  
est munditia propter qua-  
tuor.

Primum est, quia ipsi sunt mini-  
stri dei, & sicut ipse est immacu-  
latus, ita oportet eos esse im-  
maculatos. Vnde David dicebat. Ero  
Psal. 17 immaculatus cum eo. Item, Ambu-  
lans in via immaculata, &c. Et Paulus.  
Eph. 1 lus. Elegit nos ante mundi confi-  
tationem, ut essemus sancti & immacu-  
lati, in cōspectu eius in charitate, &c.  
Bernar. Et Bernardus: Candor enim lucis et  
sapiencia, & candidam oportet esse  
animam, in qua ipse habitare elegit.  
Secundum est, quia habent mundos  
alios, ideo oportet eos esse mundos.  
Ecc. 33 Ecclasiasticus: Ab immundo qui  
mundabitur? Sicut non est calidi frigidi  
gefacere, nec frigidi calefacere, in  
non uidetur immundus mundare in  
mundos. Vnde Gregorius: Superie-  
ras frides tergere non ualet manu-